


Oratio de legum
utilitate quam deo
duce in Christinæ
Academiæ Aboënsis
maj...

Hoffrenius, Henricus Johannis,

F1700 Br.1082







*Paul 20. Jul.
Febr 1700
Sal. tal. aho
(P. 11)*

ORATIO
De
LEGUM UTI-
LITATE
Quam
DEO DUCE

In Christinæ Academiæ Aboënsis majori auroaterio,
præsenti Dn. Studiosorum coronâ Ornatissimâ & præ-
stantissimâ Sub concionem Sacram vespertinam
Anno Reparata per Christum Salutis 1650. ipsis Kal.
Dec. conscripsit ac publicè è memoriâ recitavit

HENRICUS JOH. HOU-
RENIUS Ullopoli Bothn,

Civ. pro. Client;

Ut corpora nostra sine mente. sic civitas sine Lege, suis
partibus & nervis & sanguine & membris uti non
potest.



A B O Æ,

Excudit Petrus Wund/maad. Typog. 1650.





VIRIS

Eminentia & Doctrinâ politissimis, Spectatissimis & Consultissimis.

Dn. MAGNO RALPHO LAMBIO Regij Dicastery quod Abax Feñorum est, Aßessori meritißimo mecoznati admodü colendo.

Dn. ANDREÆ ANDREÆ ejusdem Dicastery Aßessori dignißimo, Fautori propensißimo.

Dn. PETRO Tesless ejusdem collega accuratißimo promotori dignißimo.

Dn. OLAVO SAMUELIS Dicastery ejusdem Actuario spectatißimo, Bothniensî legifero solertißimo.

Dn. JOHANNI JOHANNIS inelyta Aboënsis Reipub. consuli prudentißimo evergeta & cöterrâncö devenerando.

Dn. LAURENTIO BROCHIO urbis ejusdem consuli aquisißimo, fautori & benefactori candidißimo.

Hocce Exercitium oratorium debiti officij munus levidense in grati animi indicinam.

D. D. D.

H. J. H. Vlopoli Both.



Humanitatis Dn, Studiosis prosperitatem. !

Leges sine quibus imperia, ut ut ampla, facta est, tecta esse aut consistere diu nequeunt, qui vel contemnere, vel containere vel penitus e medio Tollere satagunt; Mundu Luce, corpus animâ, si Tullio credimus, privare videntur: Illa enim Regem ac subditos Universos itâ manijunt, unijunt ac devincijunt, ut ab invicem difficilimè, ne latum quidem unguem, quod dicitur Solet, divelli possint. Magnam Britanniam eamq; bellu intestinu un diq; concussam, aut potius confectam, judicij equilibrio expendite, & erud hae nimis manifesta. Quamobrem Solon interrogatus à quopiam, quomodo Civitates optime habitarentur, non injuriâ, s; inquit Cives principibus, principes Legibus obediant. Prudenter quidem Severus & Antonius, licet inquisunt, (Sule; institut: quibus mod. testament. Infirmentur) Legibus soluti sumus, tamen Legibus Vivimus. Patria nostra dulcissima statum, vobiscum examine fortunatissimum, & Legum Vigore refecta reperietis omnia. O sint hac nobis bona perpetua conspirent de hinc etiam amicissimè Lex & Judex, ut Lex junicem animet, Judex Legem sine fine sonet.

Quod cum itâ sit rectissimè faciunt qui Leges nobis de meliori quâsâ notâ quam studiosissimè commendant: è quorum numero politiss: Juvenis, Dn. HENRICUS J. HOURENIUS Ulo Bothn. Bonarum Artium ac literarum Studiosus indefessus est: Hic enim succinctâ & doctâ oratione Legum Utilitates est persecutus, quam horâ 3. promeridiana hodie in Auditorio superioriâ memoriâ recitare apud animum statuis quod ut majori alacritate praestet, atq; felicior e erentu expediat, Humanitates Vestras cum ejus, cum meo nomine amicè compello, oro atq; obsecro, ut dicturum vestrâ praesentia ac benevolentia quam frequentissimè juvesis. V. P. P. Aboa ipsi Kal. Dec. ANNO NATÆ SALUTIS Clo lbc L.

V. C.

SAMUEL G. Hurstman
Eloq. Prof. & Ph. h. t. Decanus.

ORATIO

Sunt non pauci A. C. qui contra, quam conve-
 niat de LEGIBUS nostris CIVILIBUS sentiunt,
 quippe quod eas instar Anacharsidis & Zaleuci, apo-
 phthegmate lutulento, perfricta fronte, linguâq; viru-
 lentâ telis Aranearum assimilent, Tyrannos hominum
 appellitent, iniquitatis arguant & quidem ad oîsusq; deq;
 faciant ut nulla ex parte eis parendum putent. Sed qua-
 ta hæc vesania, quanta dementia mentis? Quid homini-
 bus improbis dicam vanius: Quid afflictius: Quid inquam
 iudicio cæco mendacius: Id Genus hominum verè agre-
 ste vere barbarum, beluino vivens more, sine legibus, si-
 ne imperio, liberum atq; solutum, certè:

Hos non diva Paren: generis nec Dardanus Author,
 Agrestes genuit, sed duris cautibus horrens
 Caucasus, Hircanæq; admorunt ubera Tigres.

*Ego vero enim alius hanc Materiam mihi pen-
 sitandam propono, comperio eam omni ex parte utilis-
 simam dignissimam cunctisq; pandectarum libris ante
 ferendam. Ea, quippe, ut florentis facundiæ Rhetor
 Demosthenes innuit est anima civitatis. Nam ut hæc cor-
 pus nostrum, ita eâ civitas viva sentitur; Ut hac corporis
 membra. Itâ eâ dissipati homines in societatem vitæ
 coacervantur, ut hæc cor & pulmo mediante diaphragma-
 te, ita eâ cives inter se domicilijs junguntur, ut hæc deniq;
 homines à bestijs, ita eâ moratæ nationes ab agrestibus
 distinguntur. Quare non absq; ratione vincula verè
 pub.*

pub. LEGES Saluantur, imo fulcimenta, quibus fun-
dantur Respub. appellantur. Nunc cum tanta è LE-
GIBUS commoda, tantæq. utilitates universo diffuãt
territorio placuit pauca de ijs in medium non Salustior
Livios: Tacitos, Trogos atq. omnes disertissimos aucto-
res sed aciem ingenij mei inertem crassaq. rubigine
lasam imitando, proferre. Non quidem ignarus Ma-
teriam hanc. A. C. caller, sed fretus hõc exercita-
tionis genere ingenium meum magis magisq. excitari
& exacui. Jam ne laxiori verborum involucri A.
C. qui alias patientes auscultationũ tadio maculare vi-
dear, rem ipsam aggrediar, plectroq. (ut ajunt) lyram
perstringam, obnixè apud unum quemq. cujuscunq. sit
ordinis efflagitans precibus ne magnum fore dispens-
dium præconciant, horule quadratæ spatium, mihi
nullo lepore Attico, nullis sententiarum ampullis, nul-
lis inquam troporum aut figurarum generibus instru-
to, sed plane balbutienti pendere.

In ipso frontispicio operæ pretium est ut glaciem rei
scindam, primaq. incunabula Legis conpiciam. Fer-
tur Pittacus Cræso sciscitanti quod maximum foret imo-
perium, respondisse: Varij Ligni, quo procul dubio re-
sponso, i.eges indigitabat. Hinc ergò in propatulo con-
stat Leges prii. is seculis tabulis lignis inscriptas fuisse &
primum a Græcis, Græcorum vero i.eges ab Ægyptijs,
Ægyptiorum ab Abrahamo & Hebræis provenerunt. De
Legumlatoribus cum sermo est in divortia Sententiarũ
abeunt auctores: Alij enim Rhadamantum Cretensem

primum Leges proposuisse censent. Alij Talum per-
plures Molem, quorum sententia maximum apud eos,
quæ rectè iudicant, pondus habet; quia hic cum antiquita-
te tum ætate longe alios superavit, primusq; omnium
Hebrææ gentis Leges Divinas Scripturâ Sacrà promul-
gavit. De in Foroneas Rex Græcis primos Legis Chara-
cteres percipit Mercurius Trismegistus Egyptijs; Mi-
nos Cretensibus; Lycurgus Spartanis; Solon Athenien-
sibus; Zamolxes Nostratis; Romulus vero Romanis
ut libitum erat imperitavit: postmodum Numa cultu &
L E G E ut videbatur eis divina populum devinxit;
*Sed cum hæc quam sapissime in amplissima hac Unio-
versitate ventilata sint in præsentiarum plura repete-
re nolo. Verum ad celebranda Legis decora me
converto quæ cum attentius mecum reputo sensus acie
ca fugere, Imo mentem excedere sentio, Et quidem a-
deo ut non immeritò tritam illud mihi insinuem: Hic
Plato jubet Quiescere. Sed ne frustra curram hunc
Eloq. candidissimum ascendisse, videar, quo ad ingenij
mei facultatem ea declarabo, Ab quid dicit: Narrabo
potius.*

Non exiguas A. C. habemus causas, cur obviam
eamus ijs, qui obtreçant Laudibus Legis. Lex enim
est norma vitæ, norma inquam & forma perfectissima
ut ex ipso liquet vocabulo, quod Græcis νόμος dictum
ἀπό τῆς νόμιμης tribuendo, quod univq; suum tribuat, si-
quidem principia juris sunt honestè vivere, neminem lade-
re suum cuiq; tribuere. Non modo norma & regula vitæ,
sed etiã ipsissima rerum Divinarum, humanarumq; Do-
mina ut manifestè testatur Stoicæ sapientiæ Choragus
Chryo

Chr Ysippus. Lex est indagatrix, commendatrixq; virtutum, quippe has excitat, alit confortat. Contra, expulatrix Emendatrixq; vitiorum, hæc enim delet, excindit, Evellit Extirpat. Lex urbem, populos eorumq; cupiditates frangat coercet cohibet. Neq; demum frangit magistratum principum & Tribunorum plebis sed etiã subsidium infirmorum, subvertit enim & auxiliatur infirmis potentum injurias reprimendo. Lex porro est munimentum seu Vallum Magistratum. Huc enim confugiant cum vitiorum lentes emendare, eradicare tentant, hujus cum impediunt ne spina illorum enascantur postulant auxilium. Quid amplius. Quid! Non modo nostra. Sed & omnis vita mortalium sine Lege esse non potest. Lex mater & magistrarum & disciplinarum. Lex anima adeoq; Spiritus Reipub sine eã hæc consistere non potest. Lex canon & norma justorum pariter ac injutorum, præcipiens honesta vetansq; contraria; præcipit quippe ut in totum proximo ea præstemus, quæ nobis fieri velimus, juxta illud:

Quod tibi vis mihi fac, tibi quod non id mihi noli.

Nam quæ nobis fieri nolumus proximo ne faciamus; vetat porro eades, rapinas, furtiva, vulnera, aliaq; horrida scelera. Annon A. C. cum tanta sit authoritas, tanta quoque dignitas Legis, Jam homines illos agriles & barbaros, qui Leges lætæcæcis protindere & terris proscribere conantur suæ pudeat insanix, vel ta deat barbariei. Certe hic rabulæ taceant, hic pudore obticescant & ingens ob opprobrium susurrando quasi invicem in hunc erumpant sonum. *Hæc est de quã Democritum egimus. Nos judicavimus bene insaniam & exitum ignominix plenum.* Verum, Ecce quã authoritate amplissima mundiregna regit, ordinat & disponit huic cunctæ parent turmæ:

Hujus

Huius ad exemplum totus componitur Orbis.

O Ergò seculum beatissimum, cui istius modi Domina præ est. **O** Remp. b. felicissimam, quæ istus modi nom. mam & formam nacta est. **O** cives fortunatissimos, quibus talibus præceptis morem gerere licet; **Contra**. v. ó miserimos & importuno tempore natos, qui tantam felicitatem negligendo amiserunt. Tunc primam classem in Rebus. veritatis obtinet. Quod proverbio dici solet:

Decidit in flammis cui, iens vitare favillam.

Decidit in Seyllam cupiens vitare Charybdin.

Homines enim illi ne minimorum quidem fuisse affectæ. Legum præceptorum, quare in extremas miseras redacti, ita conqueri sunt coacti. Nos ergò qui hoc momento seculi vitam degimus, cum percipimus quanta è datis Legibus commoda, quanta è negatis incommoda, gratias Deo patri luminum omnis perfectionis & bonitatis fonti saluberrimo, agamus n. eritas, & cum meritis, agere non queamus. hoc faciamus quod in nobis residui est; Eum amabimus, eum colemus, eum venerabimur. Ipse enim est qui nos ex servitute in libertatem, ex tenebris in lucem, ex discordiarum Labyrinthis in societatem vitæ, ex agrestium hominum barbarie in morum disciplinas, ex Phanaticorum erroribus in veram genuinamq; Legum cognitionem revocavit, vindicavit. Cum iam Legis fons & origo sit ipse, cæli terrarumq; fator, cum Lex sit ordinatio & præcipuum donum eius, quod è sacro. sancto mentis divinae sacrario in animos sapientum scaturit & emanavit. ut luculenter testantur Dijs suis plus a quo tribuentes. Ethnicis illi Legum latores: Minos à Jove Leges hausit, dicitur Lycurgus ab Apolline: Solon à Minerva: Trimegistus à Mercurio Zamolxes à Vesta. Quis non manifestus atq; quadrigis nitatur. Eam ob excellentem dignitatem amplecti.

plecti? Quis non ineffabilem ejus utilitatem terrâ mariq;
longè latèq; latentem percipiat ex osculari venerari? Quis
usquam gentium est qui non velit præco virtutum ejus ef-
se? Quis ei tibiçen non erit & in efferendis ejus laudibus
non gloriabitur. Ego quidem laudes ejus modulatio-
ri decantarem accentu, nisi subvererer Eas culpâ ingenij
mei obscurari. Est quippe virtus etiam præstantissima
Quæ, ne quis vitam degere tentet curvam ac injustam,
verat atq; impedit. Quæ pænas malis æquè ac bonis præ-
mia decernit, istud quidem ut in his bonitas crescat. Il-
lud vero ut in ijs malitia deerescat, evanescat; Cæteri-
q; eorum pænâ cauciores facti (*post posita improbitate & ini-
quitate*) vitæ meliorem eligant cursum. Ut Magistri
pædanei prima Elementa, pueros Elementarios, qui eo-
rum ignari, in pulvere Scholastico instar pictoris calamo
tanquam penicillo lineas pingendo paradigmataq; præ-
scribendo, doceat & erudiant Ut hi eò clarius ad lineæ
ductum æqualia conforment elementa Itâ Respub. Sub
certâ veraq; jurisprudentiæ & normâ & Formâ vulgus
vitam agere cogit & subigit, ad hoc enim LEGES factæ
sunt ut homines harum beneficio vitæ cursum tranquil-
lum & quietum exigere queant. Lege florente florêt
omnia etiam ipsissima pax & concordia: Lege dona,
bona, facultatesq; utensiles omnium tuentur: Verè Le-
ge vigente, vigent omnia, languente languescunt, inte-
reunte intereunt, ut summus ille in politiori literaturâ
Dictator Cic. Inquit sine Lege *nec domus ulla, nec civitas nec
Gens nec hñi unversum Genus, nec rerum natura nec ipse mun-
dus stare potest*: Si resaliæ etiam præstantissimæ & nobi-
lissimæ, sine hac, existere non possunt multominus liber-
tas superstes manet, sed enascitur Servitus ingruunt pe-
ricula, impendent bella, seditiones, onera, prædæ, rapti-

nae homicidia, libido, luxuria & omnis generis horrenda
scelera oriuntur juris prudentiae ergo tumus servi ut libe-
ri esse possimus. Quis, A. C. adeo ferus? Quis adeo
derelictus ab humanitate homo, qui cogitationes crude-
les in animo de legibus sinat amplius inturgere, easq; in
exilium proscribere conetur obiciendo eas vel minime
necessarias vel ipsissimos magistratus fore Abusus, quod
sentire impium ac blasphemum est. Quid hoc nisi tum-
ma est ut injuria ita & impudentia & imprudentia? Quid
hos, nisi summa vexat barbaries? Quid, nisi beluini vi-
vendi ritus delectant? a quibus nullatenus discrepant.
Nulla natio, nulla inquam Respublica vel mediocris in-
veniri potest, quae suarum impos est Legum, sed vel jure
Gentium vel proprio ac civili utitur, regiturq; ut videre
est in pop. Rom. qui orbem, quem armis constrinxit si-
biq; comparavit, legum beneficio integrum & incolu-
mem servavit. Julius Caesar? qui primus imperium sub
Monarchiam reduxit, licet cuncta prolubitu disponere
capisset: sine Legibus tamen honestati & bono publico
necessarijs, imperia gubernare difficilimum fo-
re comperijt, ideoq; libros Legis recolligere aggressus
fuit: quod institutum, interveniente mortis telo, perficere
non potuit; Annon cum Leges Persicae, mortuo re-
ge, quinq; dierum spatio silerent omnis ibi orta est sedi-
tio, libido & luxuria; volvant, evolvant, revolvantq; om-
nes historias omnes annales, & uno ore
testabuntur, Leges omnibus in universum nationi-
bus cum commodo tum utilitati fore. Quis enim inter
tot hominum myriades, qui demum ijs recte uti velit,
non sentiat inde conflurgentia commoda? Cui aetati? Cui
Sexui? Cui conditioni? Cui inquam negotio consilio
non succurrunt? Quod libertatem servitutis loco tene-

mus: Quod vitam agimus tranquillam & beatam: Quod
magistratibus, parentibus, præceptoribus & majoribus
nata observantiæ cultum præstare tenemur! Quod no-
socomia atq; orphanotrophia ædificantur: Quod alvei
aquarum; receptaculaq; purgamentorum urbium cele-
briorum purgantur: Quid nisi lex & magistratus Legi-
bus imperans causa est? Quid? Quod maria tuto navi-
gantur: Quod Agri limitatim coluntur: Quod urbes
amplæ situ & Domibus decoræ superbis: cultæ Dicaste-
rijs. Academijs & Scholis: Templisq; felices flore vi-
rum inhabitantur, nil nisi Lex. Quis omnia Legis de-
cora? Quis ejusdem dignitatem, utilitatem ritè pronū-
ciare? Quis ejus Laudes & encomia pro dignitate ca-
nere potest. Ego certe referendis laudibus ejus exilis
sum ingenio: nec mihi vocis ubertas ad dicenda, quæ de
ejus autoritate sentio, sufficit; nec ora mille, linguaq;
totidem vel indefessi sermonis series suppetent dicturo.
*Cum Ergò a nullo satis solidè virtutes ejus decantari
possunt, Deū T.O.M. regem regū & Dominū dominan-
tium denuo precemur qui hanc Materiam virtute &
eminentiā præstantissimam, immota facie ad seculorū
usq; secula Superstitem sinat vigere & perdurare per-
fectissimam hujusq; imperio & dignitati principes &
duces concedat viros, qui auctoritate, qui fide, qui con-
stantia, qui magnitudine animi consilijs audacium &
pravorum hnum temeritati resistāt, injustitiam eradi-
candō justitiæq; vires plantando, conservando, omni-
bus Legum auxilio indigentibus succurrendo neminem
præter debitam causam reprimendo, Vulgus a vesano
cultu ad veram veri Dei ordinationem & religionem adducendo,*

à barbarie ad morum disciplinas revocando, ab impie-
tate ad pietatem, à vitijs ad virtutem producendo; qui
insontes protegant, penis errata coerceant: Qui in-
genuas studijs florentibus artes promoveant, unde im-
perij parabitur honor; Qui omnia ea quæ in divini no-
minis gloriam, sereniss: Majestis Laudem, sui bono-
rem imperij vero publicum bonum & communẽ omniũ
salutem vergant, asserant & agant: hoc audiat
& exaudiat in unitate trinitas perfecta.

D I X I

Ornatissimo IUVENI

DN. HENRICO J. HOURENIO

Acad. Ab. Alumno ac bonarum artium lingvarumq; cul-
tori indefesso Orationẽ suam de Legg. publicis toris facienti amice ponebat;

Qui Lectu voluit sanctas evolvere Leges?
Exantlandus erat multus huicce labor?

Non iacet in molli veneranda scientia lectu

Aut unquam tibi per cornua taurus adest;

Leges cognoscens tractabis *Iura* peritus?

Recte *Chori* atq; *Fori* nec minus, a qua, *tori*.

Non terra absq; illis, non astra nec oppida possunt

Esse diu: Legum hæc tuta tenore vigent,

Patria, quam. tua, de Te spem conceperis, inde,

Quod colis affiduo *Iura* labore vide,

Sperantem, esse nefas hanc decepisse, juvat.

In studio, HOURENI, pergito, JOVA putat

Hac ratione *Choriq;*, *Foriq;*, *Toriq;*, *patebit*

Candida cultori janua jure TIBI,

Inter occupationes L. m. q;

SAMUEL Hort. Dean

Eloq, Prof, & Ph. h. t. Decanus.

